



Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines

We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute

The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library's activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

Clarissimo et doctissimo viro
 Christiano Gottlieb Ludwigio
 Medico Lipsiensi
 et Botanices Professori incertissimo

Imp.

S. P. D.

Ioannes Franciscus Sequeirius.

Ex ultimis humanissimis tuis literis probe cognovi Te aliquo
 desiderio teneri, ut singula volumina Commentariorum de rebus
 in Scientia naturali et medicina gestis evolverem, et si quae in illis
 praetermissa opera reperirem, tecum communicare vellem. Ausus
 obtemperavi, et in schedas nonnulla conjeci, quae diligentiam clarorum
 virorum, qui symbolas conferunt, effugere mihi visa sunt. Non eo
 tamen animo id feci, ut Te calerare doctos viros de incuria
 accusarem, nam in tanta librorum copia vix evenire poterat,
 quin aliqua praeter mentem exciderint, et juxta instituti rationem
 in Indices vestras relata non fuerint. Imo potius saepissime miratus
 sum undenam tanta librorum, Dissertationumque ejusdem argumenti
 notitia ad manus vestras devenire poluerit. Nullus profecto Gallo-
 rum nostrorum hanc provinciam sibi demandaret, pluresque huc
 oneri impares se praebuerunt. Attamen quantum utilitatis percipia-
 tur ex hac optime digesta librorum copia, norunt qui similia
 argumenta tractant, et ego me saepissime sum expecturus.

Sequeirius J. Franc.

Optimum itaque in consilium venistis, supplementi loco in totum
undecimum referendi libros quorundam graviores nequaquam superio-
ribus expositis. Opera pretium etiam facietis si indices universales
addideritis. Nec dubito quin summa cum diligentia conficiantur,
et seriem ad normam litterarum, qui nuper Parisiis ex voluminibus
Journal des Savants Diarii eruditorum digesti sunt. Si autem optime conducunt ad notitiam
quorumcumque operum de quibus narratio habita est, vel tantum titulus
in Diariis adducitur. Nam saepe maxime interest nosse doctas
elucubraciones cujuscumque argumenti, et iis quibus profecisti gratiam
referre. Forsan majoram recognitionem a me desiderabas: at statim
quaecumque ad Germanorum opera spectant nequaquam attigi.
Ydāneas eis Adlūas composuissē: itaque etsi in quibusdam
librorum catalogis Dissertationes varias, Inaugurales vocant, invenisti,
quae in induribus vestris desiderari videbantur, ab eis tamen plane
abstinui, cum forsan ex illis insidā notitiam eruissem, et rem vestram
egissem: tum libris aliisve id genus adminiculis destitutis, quae
cumque perpendenda fuissent indagare nequivi, quapropter ne in
errores inciderem, et negotium vobis facerem, solum quae mihi
nota essent in schedas retuli, itaque utere.

Nunc venio ad alteram epistolae tuae partem. Ut autem Hispanorum
Academiarum, aliarumve rerum ad medicinam et naturalem historiam
pertinentium notitiam tibi curare parum, ad Bibliothecam Lugdunensem,
cujus ex fratre nepotem, dum ita in Gallias faceret, conveneram, et oppor-
tunissimum hunc negotio mihi videretur, olim scripseram, desideriumque
tuum significavi. Lubentissime statim literas misit, ^{maximam} rescriptoque

se in illa urbe vix hominem reperisse, qui id navare vellet. Desiderio
serrimos Hispanos tamen se adacturum esse, ut voti sui compotem te
redderent. Res et amplius incurs elapsi sunt, nec minimum quidem adhuc
advenit. Nuper rogavi amicum quendam Mompeliensem, ut Hispano
satis literato, brevi in Hispanias redituro medicinam ut faciat, idem
negotium commendaret: ^{convenit enim,} ~~proprio~~ nec tamen fidem ejus obstrinxit. Tum alia
occasione nacta, literas misi ad humanissimum virum Casimirum
Gomezium Ortegam, Josephi Ortega Academiae medicae Matritensis dum
vivat socii, nepotem, qui in Academia Bononiense Italiae invenit, et
Matritum petit ut Botanicae profiteretur. Si responsum advenerit, fa-
ciam ut habeas. In Academia Matritensi Botanicae Professores
duo sunt, Josephus Quer primarius professor, qui herbarum ostensio-
nem facit, alter vero Joannes Minuart vocatur. Praeterea fama
apud nos percrebuit Michaelis Bernades, Ducis Albae medici, qui
Matriti medicinam facit, et inter humanissimos viros proficitur. Non
dubito, cum nominis tui claritate volavimus sis, quin illi viri si ad
eos literas mittas, votis tuis satisficiant. Claustr. etiam Gregorius
Mayans olim Bibliothecae regiae Matritensi Praefectus, nunc in regno
Valentiae vitam degens, fama et humanitate maxime commendabilis,
forsan id quod abes faciet. Literas sic inscribas. Al Señor D.
Gregorio Mayans y Siscar g.^o D.^o m.^o a.^o (i.e. guarda Dios mu-
chos años, per multos annos incolumis sit.) Oliva, por Gandia, en
el Reyno de Valencia.

De posterioribus egregii tui Diarii voluminibus, quae nuper Schloegerus
misit, gratias ago tibi quam maximas, admodumq. tibi devincior.
Salutem plurimam tibi dicunt Cl. Viri Sauvages et Calvet: huic vero
gratissimum erit te expositionem fecisse Dissertationis suae de Athlitis,
qua de re quam primum illum certior faciam. Recenta quasdam

Dissertationes Monspeliensis habitas ad te mitto lubensq. offero una cum
flora Monspeliensi Antonii Goüan, crudissimi juvenis, qui historiam
naturalem maxime colit, et Artedii Ichthyologiam pluribus accessionibus
aliquando edituris auctiorem fecit.

Gratissimae quoque mihi fuerunt docti Schwartzii Dissertationes quas huma-
nitati meae acceptas refero: scriptis hujusce classis. viri plurimum
delectos, cum sint omni conditione refecta.

Licet interdum rheumatismi doloribus vexatus sim, plurimam tamen men-
tium intervalla intercedunt, quibus omnino ab eis vacans sum. Hunc
autem satis commoda valetudine fruor. Salutem tuam cura diligenter
et ama me. Vale. Nemausi xij Kal. Septembris ann. MDCCLXII.